

bergi et Barbyae, Dynasta in Raven-
stein etc. etc. Dominus meus longe Cle-
mentissimus, Iuris Naturae et Gentium Pro-
fessionem Publicam, quam Vir | Consultissi-
mus FRANCKENSTEINIVS vacuam reli-
querat, mihi non ita pridem gratiosissime de-
mandaret. Quam spartam dum more maio-
rum oratione solenni, in Auditorio Ictorum
recitanda, auspiciari cogito: ab instituto meo
non alienum esse credidi de Logomachiis,
quae, vel circa ipsum Iuris Naturalis Principi-
um, motae fuerunt, pauca praefari. Quare Re-
ctorem Academiae Magnificum, Comites Illu-
strissimos, Patres utriusque Reipublicae Vene-
randos, reliquosq; Patronos, Fautores, et Gene-
rosos Nobilissimosque Commilitones debita ob-
servantiae, atque humanitatis compellatio-
ne rogo, ut me benevole audire, et futuram
Panegyrii praesentia tua exoptatissima splen-
didiorem reddere ne dedignentur,

P.P, Lipsiae die 5. Decembr.

MDCCLXXII.

☉ (o) ☿

Coll. diss. A. 66, misc. 33